

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

DISSERTATIO INAVGVRALIS
QVA

LVCIANI
TRACTATVM
DE
LONGAEVIS

NOVA VERSIONE LATINA

NOTISQ. PHILOLOGICIS

INSTRVCTVM

AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHICI INDVLTV

PRAESIDE

IO. HENRICO MAIO

ANTIQVIT. LING. GR. ET OO. P.P.

PATRONO ET PRAECEPTORE

AETERNVM COLENDO

PRO OBTINENDIS

IN PHILOSOPHIA SVMMIS HONORIBVS

AD DIEM XVI. MARTII.

PVBlicae ERVDITORVM DISQVISIONI

EXPONET


IO. HERMANNVS BENNER

GIESSENSIS

ILLVSTR. PAEDAG. GIESS. COLLEGA.

GIESSAE

Typis VIDVAE IO. REINH. VVLPII, ACAD. TYPOGR.



**GENEROSISSIMO ATQVE EXCELLENTIS
SIMO VIRO**

**ZACHARIAE CONRADO
AB VFFENBACH**

**IN PERANTIQA ET INCLVTA
S. R. I. LIBERA REPVBLICA FRANCOFORDANA
ICTO SENATORI ET SCHOLARCHAE
PER GERMANIAM TOTAMQVE
EVROPAM CELEBRATISSIMO
LITTERARVM AC LITTERATORVM
AMATORI FAYTORI ET
PROMOTORI MAGNO
VERAE HVMANITATIS**

**IN
TANTA DIGNITATE ET FORTVNA
EXEMPLO INCOMPARABILI**

**HOS
LVCIANI LONGAEVOS
ANTIQVAE HISTORIAE
CLARISSIMVM MONVMENTVM
CVLTVS DEVOTIQ. ANIMI
TESSERAM**

**CVM AETATIS PLVS QVAM NESTOREAE
VOTO**

**PATRONO OPTIMO
CONSECRAT
IO. HERMANNVS BENNER.**

QVI publicam in lucem prodit, conscri-
ptus quondam Luciano, nunc habitu
cultuque nouo instructus Longaeuo-
rum venerabilis chorus, ad *Te* pro-
perat, *Tuum* in conspectum admitti, *Tuam*
in fidem recipi cupit, vrbis amplae *Splendidis-
sime Senator*. Neque acrius vt confido, re-
prehendes audaciam, si quid in eo criminis
committitur. Etenim qui viro inter priscos
λαμπρότατον, destinati, & afflatu quidem, (si fas
credere) diuino, iam olim sacri fuerunt, quid
mirum, si Magnum ac Illustre Caput, cui se de-
uoucant, iidem denuo exquirunt? *Te* dico,
Vir Excellentissime, quem & muneris ampli-
tudo splendorque dignitatum, & consumma-
tae eruditionis gloria, & innumera summa-
rum ornamenta virtutum, iam pridem adeo
conspicuum fecere, vt nihil omnino perfectae
nominis celebritati desit, nisi quod in dies
singulos eam ipse reddis illustriorem. Atque
vt haec omnia, (sunt enim plus quam dici
potest celebrata, meoque multis modis supe-
riora

riora praconio) heic omittam, soleo saepe,
quando magnum *Tuum* nomen mecum taci-
te veneror, illam praecipue incredibilem hu-
manitatem, illud in adiuuandis litteratorum
conatibus promptissimum studium, illam libe-
ralitatem ad omnis aetatis memoriam in-
signem, vehementius admirari; quae sicut nul-
lum vnquam, ad amplissimos librariae *Tuae*
superlectilis thesauros, velut ad oraculum,
dubiis in rebus confugientem, inconsultum
aut ancipitem abire sinit: ita nobis quoque
istae *Tuae* opes, non Arabum gazis, non
purpura nec auro permutandae, tantum in
hoc obscuro negotio lucis & praesidii prae-
buerunt, vt vel eo nomine totum hoc, quan-
tulumcunque est, quod praestitimus ac si quod
vnquam luculentius gratissimi pectoris pignus
a nobis proficisci poterit, magno *Tuo* iure
Tibi vindicare debeas. Reliquum igitur est,
Vir vere *Illustris*, vt serena fronte *μανρβιος*
nostros excipias; munusculum, si minus per-
fona *Tua* dignum, eo certe fine, eo inquam

solo, oblatum, vt publicum extet meae erga
Te perpetuae pietatis & obseruantiae monu-
mentum. *Tu* interea beatissimam vitam exi-
ge, &, quo Reipublicae vestrae salus *Tua*
prudencia & consiliis, meritis ac praesidiis li-
terarum decus, humanitate bonorum spes at-
que commoda diutissime floreat, firmitate
valetudinis, vigore mentis, spatio aetatis,
Longaeuorum quemque supera. Ita vale. *Vir*
Excellentissime, &, si placet, mihi meisque stu-
diis faue. Scrib. Giesae clo 1666. Prid,
Idus Martias, qui dies in fastis *Tibi* sacer est;
faxit Deus vt redeat saepe felicissimus.

LECTORI

Dispiciensibus de argumento disputationis Academicæ inanguralis, in quo occuparetur industria nostra, in animum præ aliis venerunt Luciani paucissimi, tam illustres, tam docti, tam clari, tam suaves, sed tam male simul, & hand paucis in locis, habiti, & ab interpretum, & commentatorum, & qui ultimo recte loco ponuntur, typothetarum ordine. Nam ut nihil commemorarem de antiqua Obsopoei versione, recentior illa Io. Benedicti, professoris Salmurienfis, servata etiam, & quod ad præsentem Nostri attinet tractatum, descripra fere tota, si ultimam demas sectionem, a Iano Grætero in Florilegii magni tomo secundo lib. X. pag. 1033. a naemæ adeo impunitis non est, ut quàm plurimi potius in ea occurrant. Iam vero commentandi genus eiusmodi adhibitum fuit, quod aut notiora tantum attingeret, aut in dubio relinqueret lectorem, ipsum autem suavisimum auctorem per omnia minime illustraret. Accedebant vitia, quæ editiones omnes a nobis in consilium vocatæ, supra modum erant contaminatæ; consulimus vero edita exempla Basiliensia duo, quorum unum videtur Græcum anno M D L V. alterum Græco Latino prædixit cum Cognati & Sambuci adnotatis, itemque Amstelodamense an. 1687. cum notis variorum, nec non Aldinum an. 1522. quo inquinatius in Græca literatura vidimus nullum, quanquam aliquando non vulgarem adhuc laudem Aldi obtinuerit diligentia. Hoc ut demonstrarem, verbis non utar; quisquis instructus est rara illa editione, oculos suos adhibere poterit, optimos profecto magistros. Quamobrem ut in tam venusto tractatu menda tolleremus, textum autem omnia Græcum, vel repugnantibus libris editis, dare studuimus correctionem. Didicimus enim verum esse, quod Græterus Sæpic. III. 2. pronuntians: Non perturbat exemplarium consensu. Vidi quippe sapientius, cum una ovis in flumen deflueret, reliquum gregem ocyus Insequi. Deinceps in certas distribuimus sectiones, versionem quoque latinam dedimus novam, eamque paullo liberiores, a mente tamen, ut arbitramur, Samosatensis non recedentem; porro adnotationes subievimus, non eas, quas opusculi requirit dignitas, sed quas ingenii nostri

pan-

paupertas suppeditare valuit. Inter adminicula quibus usi sumus, editionem Aldinam pantho ante nominavimus, & Basileensem; Graeca est utraque, utramque etiam debemus humanitati amplissimi Senatoris Francofurtani, Zach. Conr. ab. Vffenbach. Ad gratias Basileensis exempli additae erant manu Antonii Aemilii, Aqueensis, notae, de quibus hoc iudicium ipse auctor in fronte tulit: Lectori. Passim adscripta pubescentis circumspectus fuerunt. Atque ita sane est, si maximam adnotatorum partem consideres; nec ideo minus recta est illustris possessoris, e vestigio subiecta, censura: Reperies tamen etiam non quod puer reperit, sed quae prouectior aetas tulit, eruditaque manu postea addidit ille ipse Aemilius. Ex quo graviorum circumspectus numero sunt illae, quas nos enotauimus; ceteras tyronibus in hac arte relinquimus. Inuenies quoque B. L. insertas quasdam adnotationes, muneris ac eruditionis splendore excellentissimi viri, Io. Guil. Steinheilii, quas ille ad nostrum petiit commune nobiscum facere voluit, cui proinde, aequae ac nobilissimo Vffenbachio, publicas & debitas persoluimus gratias, liberalitatem utriusque & promptum inuandis studia nostra animum perpetuo depraeclacanti. Hoc habitu induti in cathedram nunc prodeunt longaeui homines & Luciano consignati, qui ipse uinacitatis ueruosae haud paruum fuit exemplum, confectaque aetate, aetate nonagesimo obiit, obseruante in eius uita Bourdelotio. Nec indigna labore quem impendimus, haec maturius uideri debet, utpote quam quouis tempore uiri eruditi pertractarunt; ut enim eos taceam libros, qui ad aetatem peruenire nostram, aliquis Aetate in tu. regl. max. & citatur a Clemente. Alex. Paedag. II. 2. pag. 180. edit. Oxoniensis, & ex proximo saeculo Fendius, ab illustrissimo heros cogato Boineburgio, cuius haec sunt in epist. XCV. ad Dictericum p. 319. uerba: multae (longaeuorum) centuriae olim a Fendio collectae apud me latitant, quas propediem in museum Koenigianum mittam; quarum tamen nullam mentionem inuenire licuit factam in bibliotheca Koenig. Vtius te non morabimur, optima lector, quin potius ad pauciores Lucianeos nunc te mittimus, optantes, ut ipso, quisquis fueris, integra mento certisque sensibus, ad multos uinas annos. Vale, & nobis faue.



ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΕΑ
ΤΕΤΕ ΜΑΚΡΟΒΙΟΥ.

LVCIANVS SAMOSA
TENSIS DE LONGAEVIS.

I. I. **O** N A P
TI
I. **L**ONGAEVOS, QVOD
IN

I. *Ὀναξ*) *Macrobius*, qui boni ominis causa in vestibulo adnotationum ad τὰς μακροβίους Lucianeos, atque in ipsis principiorum primordiis (ut cum *Julio Firmico* praefat. ad librum *Matheleos* primum loquamur) constituitur, ad somnium Scipionis I. 3. *Ὀναξ* siue *Ὀναξ* & *ὕπνιον* inuicem seiungit, quod & *Snidas* facit v. *Ὀναξ*, & *Helladius* in *Chrestomathia* col. 983. & *Artemidorus* IV. 1. statuentes, *Ὀναξ* non nisi de veris somniis dici, de reliquis *ὕπνιον*. Quod equidem discrimen locum hic habet, quando quidem euentus & *ὕπνιον* post somnium fuerant subsecuta; perpetuum vero haud est, fatentibus ipsis Atticarum litterarum magistris, & comprobante vocum istarum usu. *Lucianus* noster de vita sua, quod p. 11. τὸ *ὕπνιον* vocat, id antea & deinde aliquoties *Ὀναξ* salutat. *Xenophon* suum somnium, cuius ibidem meminit *Noster*, nomine τὸ *ὕπνιον*, adpellat *Ὀναξ* libro III. de exp. Cyri pag. 295. non aliter atque *Alciphron*, qui lib. III. ep. 10. sub finem nominat *ὕπνιον*, quod primum dixerat *Ὀναξ*. Apud

A

Roma-

ΤΙ ΤΟΤΟ IN SOMNIS IVSSVS SVM, MVNE-
AAM RIS

Romanos *Somnus*, *somnium* & *insomnium* diuerſa ſunt. *Servius* ad *Aeneid.* lib. V. col. 985. *Bene diſcernit iſta Virgilius, ut Somnum ipſum Deum dicat; Somnium, quod dormimus; Insomnium, quod in ſomnis videmus.* Quod ſi ex antiquorum ſcitis cognoscere voluerimus, ad quamnam ſomni ſpeciem praeſens *Luciani* ὄνας referri debeat, audiendus iterum erit *Macrobius* l.c. p. 27. ſcribens: *Huius (ſomni proprie dicti) quinque ſunt ſpecies: aut enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale eſt.* Fuit ergo proprium & commune ſimul. Illud eſt, eodem exponente *Macrobio*, cum ſe quis facientem patientemve aliquid ſomniat, quale quid *Samofatenſis* de ſe heic narrat; hoc vero, cum ſe una cum alio, uti *Noſter* cum *Quintillo* ſuo. Iam & *Graeca* conſideremus; cum rem bene praeuiſam verba haud inuita ſequantur. Ait *Noſter* ὄνας τι τὸ τοιοῦτον καλεῖται, nude, & ſimpliciter breuiterque. Sic in *Pſeudom.* pag. 776. αἱ ὄνας παρὰ τὸ οὖν αἰκίαν ἀπακρίβητο, quaſi in ſomnio a Deo edoctrus reſpondebat. in *Gallo* p. 159. ὄνας πλὴτῶν, per ſomnium dicitur. in *Cronoſolone* p. 614. ὄνας ἑπῖς, qui in ſomnio adparuit. Ad eundem modum *Theophylaſtus Simocatta* epiſt. 36. μηδὲ ὄνας ποτὶ τὸ γυναικὸς διατάμει. *Aelianus* var. hiſt. l. 13. ὄνας ἰδὲ βλήτο κεραυνῷ. Libro XII. 63. ὄνας αὐτῇ συνεγένετο. *Achilles Tatius* lib. l. p. 13. ὄνας ἰδὲ κύν συμφῶτα τῇ παρθένῳ. Plura non conſtipamus; eſt enim exemplorum vbique μῆλας ἵος. Aliquando etiam integre legitur καὶ ὄνας, ut apud *S. Matthaeum* l. 20. Il. 12. 13. 19. 22. & alibi. Quae paullo poſt ſequitur locutio ὄνας ἰδὲν optima eſt, ſicuti & illa apud *Aleiſphonem* lib. 3. ep. 10. διατάμει ὄναρον, & apud *Theophraſtum* charact. cap. 3. & 16. ἰδὲν ἐνύπνιον, & alibi ὕπνῳ ἰδὲν. Ad cuius imitationem *Latini* dicunt *Somnum videre*. *Euolue H. Stephani* Lexicon *Ciceronianum* p. 74 & *Dan. Vochneri* *Hellenoglexiam* lib. 2. cap. 12. p. 370.

Α Α Μ Π Ρ Ο Τ Α Τ Ε R I S T I B I L O C O O F F E R O ,
2.) I L .

2. Κυντίλλαι) Admodum illustre in Romanorum monumentis nomen est Quintiliorum ac Quintillorum. Innotuerunt omnibus Quintilius Priscus, Agathyrus, Asiaticus, Eurychus, Dictator, Bisidianus, Hermeros Abascantus, Varus, Vibianus, Vitalio, alii; horum nullum hic designari existimamus, sed aliquem potius ex illis Quintiliis fratribus, quorum vnus Gordianus (vel secundum quosdam Condianus aut Cardianus) alter Maximus dictus. Vterque diuitiis, gloria, eruditione, multum valuit; ambo consules simul fuerunt, duxerunt exercitus, provincias rexerunt, ac prout vita, officiis, moribus, pares exstiterunt, sic idem quoque mortis fatum experti sunt, a Commodo quippe occisi. Habet vniuersa, qui Dionem Cassium in compendio exhibet, *Xiphilinus* p. 819. ἰσχυροὶ δὲ καὶ τῶν Κυντίλλιων, τὸν τε Καρδιανὸν καὶ τὸν Μαξιμὸν. μεγάλην γὰρ εἶχον δόξαν ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ ἐπὶ στρατηγίᾳ, καὶ ὁμοφρονίᾳ, καὶ πλῆτει. Ἐκ γὰρ δὲ τῶν προσόντων σφίσι ὑπερτενεῖτο καλῶν, οἱ δὲ μὲν νεώτερον ἐτερον, ἀχθιδὸς τοῖς παρῶν --- ἐγένοντο δὲ ἐ πολυκήμονες, καὶ παμπύσιοι, καὶ ἔρχον, καὶ παρῆδον ἀλλήλοις. Iam vero Lucianus, monstrante *Vossio* de Historicis Graecis II. 15. p. 233. imperante M. Antonino philosopho, & sub filio eius Commodo, vixit, a quo *domus Quintiliorum omnis extincta est*, referente *Lampriديو* c. 4. Attigit ergo Noster fratrum Quintiliorum aetatem, ad quorum alterutrum, nostra ex coniectura, hunc de Longaeus misit tractatum. Neque obstat, quod is Graece Κυντίλλιος, Latine *Quintilius*, scribatur, cum venientia a *Quintus* varie flectantur, ut *Quintius*, *Quintilis*, *Quintilianus*; haud secus ac a *Lucius* est, *Lucilius*, *Lucillus*, *Lucillianus*, *Lucianus*, *Lucas*, qua de re *Θαυμάσιος Hugo Grotius* in prolegom. ad S. Lucae euangelium. Immo *Quintilius* & *Quintillus* nihil discrepant; vnum scias esse nomen idemque. Occurrit *Quintillus*, Diui Claudii frater, & post eum imperator, apud *Flavianum Vopiscum* in Aureliano, *Trebollium Pollionem* in Claudio, *Entropium* IX. 8. lo. *Baptista*

ſam Egnatium de Rom. principibus libro primo, alioſque, ubi varietas lectionum eſt, tam in editis quam ſcriptis auguſtae hitoriae conditorum libris, aliis *Quintilius*, (quod etiam in *Paullo Diacono* lib. X. p. 319. exſtat,) aliis *Quintilio* exhibentibus; numis tamen & accuratioribus libris *Quintillus* ſervantibus, ut ibi monent viri docti; occurrit *Fauſtus Quintillus* conſularis augur apud *Aelium Spartianum* in vita Didii Iuliani cap. 6. occurrit denique *Quintillus*, & femineum *Quintilla* iunctim in corpore antiquarum inſcriptionum apud *Grienerum* col. 780. Patet ex ſupra dictis, quamobrem Noſter *Quintillum* ſuum in fronte huius libelli *λαμπρότατον*, hoc eſt, veterum Romanorum ore, *illuſtre*, *clariffimum*, *Splendidiffimum*, in calce vero *ἡρώτατον* adpellauerit, ob munerum puta ſplendorem & vitae ſanctitatem. Porro a Luciani conſuetudine alienum haud fuit, excella dignitate fulgentibus viris inſcribere libros, quod vel ex apologia pro mercede conductis conſtat, quam Sabino euidam (& forſan illi, qui ſub M. Antonino Pio conſul fuit ſecundum *Caffiodori* chronicon p. 1346.) conſecrauit, cuius aeque ac *Quintilli* nomen Latinum eſt; non enim a Romanorum moribus abhorruiſt Graeca intelligere, quod ex *Cicerone* pro Archia poeta, & *Iuuenali* Satyra VII. 189. ſeqq. manifeſtum eſt, quippe qui fuerunt *Docti ſermones viriusque linguae*, ut *Horatii* verba *Carm. lib. 3. od. 8.* faciamus noſtra. Ceterum de *Quintillis* fratribus plura qui volet, apud *Iſ. Caſanbonum* reperiet ad *Lampridii Commodum* pag. 485. apud V. C. *Petrum Needham* in prolegom. ad *Geoponica* pag. XVII. ſeq. & apud *Gottfr. Olearium* ad *Philoſtr.* pag. 559. Dedimus noſtram de *Quintillo* ſuſpicionem, quae ſi cervicoſum inuenerit aduerſarium, moleſto id haudquaquam feremus. Immo, ut nobiliora adponamus; quae vir vere *λαμπρότατος*, *Ioh. Emil. Steinheilins*, litteris ad nos datis indicauit, haec attememus, panno

pur-

3) καλυθείς, 4) προσφέρω σοι
δῶρον τὰς μακροβίας, πάσαι μὲν
πρὸ ὧν ἰδὼν, καὶ ἰσχυράς τοις φι-
λῶς,

Equidem insomnium istud
iam pridem mihi visum, ami-
cis enarraui, quo die filio tuo
natu

purpuram. Suspicor, non unum hunc ex iis extitisse Quin-
tilius, quorum omnem domum extinctam a Commodo refert Lam-
pridius pag. 47. Sed Faustus Quintillum indicari puto, qui cum
Commodo consul fuit anno VI. Antonini Philosophi, secundum Eu-
sebius chron. can. p. 214. Chron. Alex. p. 214. Cassiodor. Chron.
p. 389. cuiusque auctoritas etiam, necato iam Commodo, magna
fuit in Senatu Romano; haec enim de eo recenset Spartianus vita
Iuliani p. 62. Haec tamen agenti Iuliano, Faustus Quintillus
consularis augur contradixit, asserens, non debere imperare eum,
qui armis non posset aduersario resistere. Neque obstat senten-
tiae meae aetas Luciani; hanc enim ultra Commodi tempora eum
extendisse accurate & prolixè satis ostendit Doduvellus Dissert. de
Isidoro Characeno §. 5. praefixa volubini secundo scriptorum Geo-
graphias veteris.

3. καλυθείς) Etenim haud raro per quietem admonemur de re-
bus grauissimis; exempla passim in Plutarcho Vitae, & Phil. Ca-
role ad Q. Curtium p. 649.

4. προσφέρω σοι δῶρον) Libri iam olim pro donis, & natali luce, &
Saturnalium tempore, & diebus atque occasionibus aliis, Iso-
crates initio admonit. ad Demeonem: ἀπέσταλκα σοι εὐδο-
τὸν λόγον δῶρον. Noster in Cronosol. p. 617. ἀντιπεμπή, δὲ ὁ
πῖνσι τῷ πλυσίῳ, ὁ μὲν πεπαιδευμένῳ, βιβλίον τῶν παλαιῶν - ἡ
αὐτῷ σύγγραμμα, ὅποιον αὖ δύνηται. Versus diptycho Compen-
diensi, inscripti, cuius ἐκτυπον publicauit Simonides notis ad
Siklonii lib. IIX. ep. 5.

Τοιούτῳ δῶρον ἢ σοφῇ γερουσίᾳ

ἢ πατρὶ ὑπαρχῶν προσφέρει φιλοφρονέει.

Timaeus sophista in Lexico Platonico, cuius ampla nobis spe-

λοις, ὅτε 5.) ἰτίθιστο τῷ δευτέρῳ σου
 παιδί τούτομα. 6.) συμβαλὼν δὲ
 οὐκ ἔχων, τίνας 7.) ὁ θεὸς κελεύει
 μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους,
 τότε μὲν ἡξέσμεν τοῖς θεοῖς ὑπὸ μὴ-
 κτισιν ὑμᾶς βίοναι, σὲ τε δύνῃ, καὶ
 παῖ-

natu minori imposuisti no-
 men : cum autem diuinando
 adsequi non potuisssem, quos-
 nam me tibi productae aeta-
 tis viros Numen iuberet ad-
 ferre,

cinina dedit illustri doctrina conspicuus *Montfaucon* in bi-
 bliotheca Coisliniana pag. 477. τάχας δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς τοῖς
 μεταφράσαι, ἀπέσταλκεν. *Censorinus* librum, qui aetatem
 tulit, de die natali. Q. *Cerellio* natalitii titulo misit. Nec libet
 tantum, verum carmina quoque & lenioris momenti alia. Ad-
 dis *Iac. Phil. Tomasium* de donariis & tabellis votiuus
 cap. IX. si is operis auctor est; de quo dubitare videas *Cass.*
Hofmannum *epist.* XX. ad *Reinsium* p. 57. & *epist.* XLIV.
 pag. 377.

5. ὅτε ἰτίθιστο τῷ δευτέρῳ σου παιδί τούτομα) Parentes nomi-
 na dabant filiis. *Diodorus Siculus* lib. IV. p. 152. edit. H.
Stephani, ubi de Hercule : τοῖς μὲν δὲ ἄλλοις οἱ γονεῖς τὸν οὐρανὸν
 περιέδιδαν· τὴν δὲ μὲν ἡ ἀρετὴ τὴν προσηγορίαν ἔδωκε. matres
 autem filiabus, v. *Ios. Barnes* ad Eurip. *Ion*. v. 800. idque
 fiebat apud Romanos, si filius esset, nono, sin filia, octavo post
 partum die, *Plutarch*, in *Rom. problem.* p. 288. *Ios. Scaliger*
Ausonian. lectio. II. 22. *Kippingius* antiquit. Roman. lib. I.
 p. 15. nam in Graecia aliter rem se habuisse, vix quisquam est, qui
 ignoret.

6. συμβαλὼν) diuinando adsequi. De quo significata legendus
Clar. Iac. Elmer in *Observ.* S. ad *Lucas* II. 29. p. 135. qui
 nec praesentem auctoris locum-indictum praetermisit. *Scholias*
 Nostri explicavit *Δαυκίνας, νοῦσας*.

7. ὁ θεὸς) καὶ γὰρ ὁ θεὸς in *Αἰὲς ἔσθ*, *Homerus* *Illad.* A. 63.
 & ex

παιδας τὰς σου, 8.) ταῦτο
 συμφέρει νομίζων, καὶ σύμ-
 παρτι μὲν τῶν ἀνθρώπων γέ-
 ναι, πρὸ δὲ τῶν ἀπάντων,
 αὐτῷ τι ἴμοι, καὶ πᾶσι τοῖς
 ἑμοῖς. καὶ γὰρ καὶ μοι τι ἀ-
 γασθὲν ἰδοὺ προσημαίνει ὁ
 θεὸς. σκεπτόμενοι δὲ κατ'
 ἑμαυτῶν, οἱ σύντομον ἦλθον,
 αἰεὶς εἶναι τοὺς θεοὺς ἀνδρὶ
 περὶ παιδείας ἔχοντι, ταῦτα
 προτάσσοντας καλῶν τι
 προσφέρειν σοι τῶν 9.) ἀπὸ
 τῆς τέχνης. Ταύτην ὅν αἰσιν-
 σάτην νομίζων τήγχε τῶν σῶν
 10.) γυνάδων ἡμέραν διδάμι
 σοι τὴν, ἱσχυμένους οἱ μακρὸν
 γῆρας

ferre, tunc sane precabar Deos
 immortales, vt diutissime tu
 ipse pariter ac filii tui; viueret-
 tis; illud existimans emolu-
 mento futurum cum vniuerso
 hominum generi, tum vero mihi
 prae ceteris & meis omnibus.
 Namq; fausti quidpiam mihi vide-
 batur praesignificare Deus. Quae
 cum interiori mentis attentione
 apud me voluerem, in cogitatio-
 nem deducebar, verisimile esse,
 Deos, viro liberalibus operanti
 disciplinis talia praecipientes, id
 omnino velle, vt aliquid ad te de-
 ferret

& ex illo *Plinius lib. 1. epist. 18.* Adde *Synesium* initio libelli
 de insomnia.

8. ταῦτο συμφέρει νομίζων, καὶ σύμπαρτι μὲν κ. τ. λ.) Non absimili
 ratione Noster in fine *Philopatridis* (ὅτι verus dialogi illius pater
 est Lucianus, quo sane antiquiorem arbitratur *Huetius* de-
 monstr. Euangel. propos. IV. §. LL. pag. 94.) Ταῦτο ἀρετὴ τοῖς πα-
 σίν, αἱ ἡμέραι τῷ αὐτοκρατορῷ. Adde *Athenagorae* in extre-
 mo legationis pro Christianis.

9. ἀπὸ τῆς τέχνης.) Scilicet litterarum, vt recte adpinxit *Anton.*
Aemilius Aqueus, in notis MS. & res clamat ipsa.

10. γυνάδων.) *Ammonianus* de differentia vocum: γυνάδων τὰς
 οὐσίας ἐπὶ τῶν ζώων, ὃ ἐν ἡμετέροις ἡμέραις ἑτεροῦ. Quae notio-
 ne recurrit apud Nostrium in Gallo: *Θυγατέρις τήμερον ἐπὶ γυνά-
 δων.* *Hesych.* *Milesius.* de rebus patriae CPoleos p. 54. δάτα-
 ζον

γῆρας ἀφικέσθαι ἐν 11.) ὑγιανύσῃ τῇ ψυχῇ, & ὀλοκλήρῃ τῷ σώματι. Καὶ γὰρ ἂν & ὄφελος 12.) γένοιτο τί σοι ἐκ τῷ συγγράμματι διπλῶν· τὸ μὲν, εὐθυμία τις & ἑλπίς ἀγαθή, & 13.) αὐ-

τὸν

ferret e litterario censu deprom-
tum. Quamobrem ratus auspi-
catissimam hanc esse tuorum na-
talitiorum diem, eos tibi dō, quos
ad multam senectutem firma cor-
poris animique valetudine pro-
gressos, memoriae proditum est.
Etenim duplex vtilitas ex hoc li-
bello

ξιν ἔτω τὴν ταυτὴ σῆλην ἐπὶ τὴν ἐφεξῆς χρόνον τῇ τῶν γενέθλιον ἡμέρᾳ ἐξαῖσθαι. Dio Cassius libro 54. p. 539. τὰ τε γενέθλια τῷ Αὐγύστῳ -- ἐκέρτασε. Natales porro dies hilaritate & conuiuio fuisse celebratos, ne monere quidem necessum.

11. ἐν ὑγιανύσῃ τῇ ψυχῇ, & ὀλοκλήρῃ τῷ σώματι) *Corpore atque animo valente dixit Censorinus cap. IV.*

12. ὄφελος γένοιτο τί σοι ἐκ τῷ συγγράμματι διπλῶν) *Phaedrus prologo libri primi; duplex libelli dos est, quemadmodum praeclare ex Rhemensis codice restituit Rigaltius, & argumen- tis quam plurimis defendit Marquardus Gudius. Adici potest locus geminus Prudentii περὶ σεφάνων hymno VI. 55. Ecco duas fidei summo patre conferente doses; & Isonis Magistri glossa: ornamenta, dos potest dici, quicquid honorifice datur.*

13. αὐτὸν ἐπιμνήσκον) *Cum denso spiritu scripsimus αὐτὸν, etsi non faueant editiones, αὐτὸν vero pro ταυτὸν ipsum vel per aphae- resin vel per crasin dici, notant Grammatici; & obseruauit pri- dem Enstathius, ad Iliad E. pag. 522. editionis Romanae; sic est in proverbio Graecorum: αὐτὸν ἢ τέλειον κύνας θέλεις τέλειον, se ipsum non alens, canes vis alere apud Apostolum centuria IV. 87. & Suidam Tomo I, p. 387. Hoc primum. Deinde nil ma- gis certum, quam errorem hunc in bene multos Luciani locos irrepsisse. Testis esto, qui Samosatensem ita nouit, vt nemo ma- gis, celeberrimus Tiberius Hemsterhuis ad Luciani Dialogos*

τὸν ἐπιμήκισον δύνασθαι βιά-
σθαι. τὸ δὲ, διδασκαλία τῆ
ἐκ παραδογμάτων, οἱ ἐπι-
γνοίε, ὅτι οἱ μάλιστα ταυτῶν
ἐπιμέλονται ποιούμενοι κατὰ

τῇ

bello ad te peruenire potest; alte-
ra, animi quaedam alacritas, & spes
bona, fieri posse, vt diuturna lucis
vsura & ipse fruaris: altera, vt exem-
plis edoctus cognoscas, eos, qui
maximam sui curam habuerint, &

COR-

p. 23. f. *Nihil hoc leuiculis erroris (de quo nunc agitur) in Lu-
ciano aliisque frequentius, nihil itidem, quod facilius animaduuer-
tatur: sed quas rixas inter Grammaticos excitauerit & Mathe-
maticos super Aratei versiculi sensu Phaenom. v. 23. lege, sis, in
commentario Theonis, Conf. idem vir doctus l. c. p. 32. Deni-
que, ad ἐπιμήκισον quod attinet, equidem illibenter carpinus in-
dustriam aliorum & peritiam, Henrici potissimum Stepha-
ni, litterarum Graecanicarum statoris, sed quem absque virgula
cenforia dimittere nunc minime possumus, in thesauri indice ita
scribentem: 'Επιμήκισον, Oblongum: Diuturnum: & aduerbia-
liter Diutissime v. l. Jed rectius fortassis ἐπὶ μήκισον (subaudiendo
χρόνον. Habere possit ea opinio praesidium in editione Basil.
MDLV. mere Graeca, & altera Graeco-Latina, cum Cognati &
Sambuci adnotationibus, quae ἐπὶ μήκισον legunt, diuisim. Ve-
rum nostra lectio non auctoritate tantum editionis Aldinae &
Amstelodamensis, sed etiam analogia similium vocum ceterorum-
que scriptorum venerandis nominibus nititur. Prius euincunt
alia aduerbia, ad eandem rationem cum ἐπὶ connexa, veluti ἐπι-
βραχύτερον in Iamblichō de mylsteriis p. 45. ἐπιδύστερον, & plura-
liter τὰ ἐπιδύστερα, secundae partes, in Achille Tatio p. 225. vbi
consulendus ē πᾶν Salmāsius pag. 608. & 700. item ἐπιτο-
πλάσιν in Schol. Aristoph. ad Concion. pag. 747. a. posterius
monstrabunt, quae sequuntur, testimonia. Ecce Aleiphron
lib. I. ep. 22. p. 86. οἱ δὲ ἐ τὸ ἐντρυγῆν ἐπιμήκισον ἐξέτεναν, & Lu-
cianus*

τε σώμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, ἔτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον σὺν υἱήϊα πάντεσσι.

II. Νέστορα μὲν ἔν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παραίτηται γενεάς 14.) Ὅμηρος λέγει· ὃν συνέσκησιν ἡμῖν γεγενησμένον ἄριστα ἐ ψυχῇ ἐ σώματι. ἐ Τηρσίαν δὲ τὸν μάντιν, ἡ τραγωιδία 15.) μέχρ' ἔξ

corporis & animi ratione, senectutem quam longissime, perfecta cum sanitate, produxisse.

II. Nestorem igitur, sapientissimum Achiuorum, ad tres generationes vitam prorogasse Homerus auctor est, quem & animo & corpore optime exercitatum nobis commendat. Et Tiresiam vatem, ad sextam vsque hominum aetatem

cianus noster dial. Τερψίας Platonis p. 272. εὖγε ὦ Θέοι, ζῶης ἐπιμήκισον. Mox ibidem: ζῶης ἐπιμήκισον, ὦ Θέοι, Idem de Gymnastis p. 296. ἐπιμήκισον διαρῆσαι πρὸς τὸν πόνον. Rursum sub initium praesentis libelli: ἡξάμην τοῖς θεοῖς ἐπιμήκισον ὑμᾶς βιώναι, & non longe post verba quae considerauimus, τὸν Τηρσίαν ἐπιμήκισον βιώναι.

14. Ὅμηρος λέγει) Iliad. A. 250. seq. Odyss. γ. 245. Sub Nestoris, (quem *longaevum* nominat *Martialis* VIII. epigr. 6. *trifeculionem* vero *Naeuius* apud *Gellium* XIX. 7.) persona *Ovidius* *Metamorph.* XII. *vixi Annos bis centum, iam tertia vixior aetas.* Verum cui non dictus Nestor?

15. μέχρ' ἔξ γενεῶν) Sex, septem, immo novem duravisse aetates Tiresiam, fabulae volunt. Lege *Phlegonem Trallianum* mirabilem cap. IV. *Isaacum Tzetzen* ad *Lycophrona* pag. 76. *Barnesium* ad *Euripidis Bacch.* v. 175. *Barthium* ad *Statii Theb. lib.* IV. pag. 1066. Et quid plures in re notissima indicare iuvabit? De varia notione vocabuli γενεᾶς, quae in aetate hominum considerata maxime venit, consule insigne litterati orbis & praecipuum Germaniae nostrae decus

do. *Alb. Fabricium* *Biblioth. Graecae* I. I. c. 30. §. 15, nec non *Erasm.*

Schm.

ἐξ γενεῶν παραλεῖναι λέγει· πιν-
θανόν δ' αὖ εἴη ἄνθρωπος 16.)
Θεοῖς ἀνακείμενον, ἢ καθαρ-
τήρα διαίτη χρωόμενον τὸν τα-
ρασίαν, ἐπιμήκιστον βιώναι.

tem superstitem fuisse, Tragicī
commemorant. Credibile est au-
tem, Tiresiam, quod vir esset Diis
deuotus, & puriori victus ratione
vteretur, vitam vixisse maxime diu-
turnam.

III. Καὶ γὰρ διὰ λα μα-
κρόβια ἱστορεῖται διὰ τὴν δια-
ταν, ὥσπερ 17.) Αἰγυπτίων αἰ
καλῶ.

III. Quid? quod tota homi-
num genera propter victus ratio-
nem longaeua memorantur, cu-
ius.

*Schmidium ad Matth. XI. 16. p. 187. seq. ex antiquis Eustathium
ad Iliad. A. p. 97. & Censorinum cap. V.*

16. Θεοῖς ἀνακείμενον) *Obsoletus* conuertit *Diis immortalibus
sacrum*; nec abit *lo. Benedictus*. In notis MS. *Aemilius A-*
quensis reddit: *Diis consuevit*. Melius exponas: *religiosum*,
Diis deuotum, idque *Iulii Pollucis lib. 1. sect. 20.* auctoritate: Ὁ
μὲν τοίνυν θεὸς νομίζον ἀνὴρ, καλοῖτ' αὖ εὐσεβής, φιλόδοτος, ὅσιος, φι-
λοθύτης, φιλοετασής, ἱερογυικός, θεῶν ἐπιμαλής, θεοῖς ἀνακείμενος,
θεοσέμῳ προσκείμενος. vnde simul constar, quare statim Noster
de Magis scribat: γὰρ τὸ μαντικόν, & θεοῖς ἀνακείμενον.

17. Αἰγυπτίων αἰ καλῶμενοι ἱερογραμματεῖς) Quod bona cum
venia fiat viri illustris *lo. Guil. Steinhelii*, commentarii vice af-
feremus, quae in notis MSS. ad *Heliod. II. 28. p. 109.* quas eius
beneficio possidemus, de istis ἱερογραμματεῦσι & sacris eorum li-
bris, p̄o sua profunda litterarum Graecarum peritia, adnotauit:
Libri hi Aegyptiorum sacri varia reconditae sapientiae complecte-
bantur argumenta. Meminit eorum Plutarch. quaest. ischnia.
4. 5. p. 702. item de Iside & Osir. p. 331. ex horum librorum prae-
ceptis etiam medici aegrotos curabant. Diiod. Siculus lib. 1. p. 52.
item Horapollo Hierogl. I. 8. p. 47 ἐστὶ δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμμα-
τεῦσι & βίβλος ἱερὰ καλεμὴν ἀμβρὴς, δι' ἧς κρίνεται τὸν κατακλι-

μῖνοι ἱερογραμματεῖς. 18.) Ἀσ-
συρίων δὲ, καὶ Ἀραβίων, οἱ ἐξηγ-
ταί

iusmodi sunt Aegyptiorum sacri
scribae, apud Assyrios & Arabas
fabula-

ἄντα ἄρρωστον. *Magicae etiam disciplinas in his libris traditas fuisse,*
conuicio e Luciani Philops. p. 321. seq. Auctores & curatores horum
librorum vocabantur ἱερογραμματεῖς, docente Iosepho adu. Apion.
p. 1034. καὶ πολλὰν ἐποίησαντο πρὸς τὴν, τὴ μὲν δὲ ἀμνησεν παρ'
αὐτοῖς πρᾶξι μὲν παραλίπῃν, ἀλλ' ἐν δημοσίᾳ ἀναγραφῇ ὑπὸ τῶν
σοφιστῶν αἰεὶ καθιερῶν. add. idem Ioseph. pag. seq. ἱερογραμ-
ματίων mentio quoque exstat apud Lucianum Longaem. p. 350. mo-
res hominum eos castigasse patet ex Horapoll. l. 39. p. 47. Condi-
endis mortuis operam dabant, secundum Diodorum Sic. lib. l. pag. 37.
Haecenus vir munere non minus quam eruditione excellentissi-
mus. Pauca de sacris hisce Aegyptiorum scribis habet quoque
Basanius in Britannia hospes, hoc est, Adrianus Beuerlandus in oculis
Oxoniensibus (de quibus vide Cl. B. G. Stronii Introd. in notit.
rei lit. c. IX. in fine) cap. XX. quae vel ideo heic legenda dabi-
mus, quod nondum publici iuris facta sunt. Egit vir doctus de
γραμματεῦσι & ἀρχγραμματεῦσι veterum, quos ait fuisse similes
ἱερογραμματεῦσι de quibus Cheraemon apud Porphyrium l. IV. ἀποχ,
qui & ipse ἱερογραμματεὺς Theodoro in Therap. & Tzetzi,

ὡς ὁ Αἴγυπτῳ ἱερογραμματεὺς Χερήμων
ἔδειξεν ἐν διδασκαλίᾳ τῶν ἱερῶν γραμμάτων.

Strabo lib. IV. pag. 659. Enolus & Lucianum & Apuleium. Vt de
proprio nonnulla dictis admetiamur, erant scribae illi arte con-
iectandi de futuris, & amuletorum ac incantationis peritia cele-
bres, vid. Suidas in ἱερογραμματεῖς, curarunt morbos epidemicos,
pestilentiamque extinxerunt, idem voce ἱατρῶν, res naturales arca-
nasque scrutabantur scientias omnes, indicante Clemente Alex.
Strom. lib. V. pag. 657. editionis Potteranae, & inprimis lib. VI,
p. 757 seq. atque Aeliano de natur. animal. XI. 10. p. 674. Cerera
de iisdem dabunt Galeum ad Iamblichum de mysticis p. 183. f.
Nicma-

τὰ τῶν μύθων. Ἰνδῶν 19) δὲ, οἱ
καλλύμενοι Βραχμᾶναι, ἀνδρες
ἐκρηβῶς φιλοσοφίας ἀγαθόν-
τες.

fabularum interpretes, & apud In-
dos, qui vocantur Brachmanes, in
philosophiae studio exquisita cum
solertia

Menapius ad *Diog. Laert.* IX. 49. *Bondelotius* ad *Heliod.* p. 81.
Gantiminius in librum primum de vita & morte *Mosis* p. 98. *Grae-*
ninus ad *Luciani Philop.* pag. 892. Quin etiam Ebraeorum ἱστο-
γραμμάτων memorantur ab *Iosepho* de bello Iud. VII. 31. p. 960. illi
scilicet, qui visa & portenta in coelo adparentia, quid praesa-
girent, exponere valuerunt; sicuti *Tacitus* hist. V. 13. anti-
quas sacerdotum Ebraicorum litteras, futurorum indices, nomi-
nat.

18. Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων) Isti enim, quem-
admodum & Chananæi & Idumæi, fabulatores nuncupantur,
propterea quod parabolice consueverint disputare, ut ex *Theodo-*
reto in *Baruchi cap.* 3. notat *Bernardus Aldrete* in *Antiguedades*
de España, Africa y otras provincias, Antwerp. 1614. editis, qui dum
praelentem *Luciani* profert locum, τὰς ἐξηγητὰς doctores, commen-
tatores, glossularios interpretatur; qua ratione opus haud est,
receptam sollicitare lectionem, & pro μύθων substituere μυσηρίων,
cum *Io. Clerico* comment. ad *Genes.* V. 27. pag. 46, in primis cum
constet, ipsa rerum & naturalium & sacrarum mysteria fabulis
cooperta fuisse & inuoluta apud orientis nationes.

19. Ἰνδῶν δὲ οἱ καλλύμενοι Βραχμᾶναι) De Indorum μακροβίους *Pall-*
adius de gentibus Indiae & Bragmanibus pag. 3. ζῶσι -- ζωὴν ἐκα-
τὸν πεντήκοντα ἔτην οἱ γέροντες, δι' ὑπερβολὴν τῆς τῶν αἰώνων ἐκτα-
σεως. *Vicino* profecto hominum centum annis modicam putant,
scribente *S. Ambrosio* de moribus Brachmanorum pag. 59. Ano-
nymus tractatu de Bragmanis, nomine *Dindimi* regis Brachma-
norum ad *Alexandrum M.* ita scribit pag. 88. nulla genera mor-

πρὸς 20.) οἱ καλούμενοι δὲ
Μάγοι, γένος τὸ τοῦ Μανίκου,
καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρὰ
τὰ Πέρσαις, ἔ Παρθοῖς, καὶ
Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ
Ἀρίοις, καὶ Σακάις, ἔ Μηδοῖς,
καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρ-
βάροις, ἑρριμμένοι τῇ αἰσὶ καὶ πο-
λυτρόνοι, διὰ τὸ μαγεύειν δια-
τάμενοι ἔ αὐτοὶ ἀκριβέστε-
ρον.

IV.

solertia versantes. Adhaec qui Magi
adpellantur, genus illud diuina-
tioni deditum & religiosum; in-
super apud Persas, Parthos, Ba-
ctrianos, Chorasmios, Arcos, Sa-
cas, Medos, & multas alias gentes
barbaras, sunt, qui & optime va-
lent, & diu viuunt; ob id ipsum,
quod magiae dant operam, tem-
perantiae in victu studiosissimi.

IV.

*bonum numeramus & nomina, sed diuturnis gaudiis intemperate
fruiuntur: nullus itaque apud nos sanandis corporibus usus verba-
rum est, nec in alienas perniciies auxilium petimus constitui. Et pag.
90. Mortem non patimur, nisi quam aetas affecta portauerit; immo
ipsam mortem, quamvis sero aduenientem, contemnunt; εἰς θά-
νάτου καταφρονῶσιν, ait incertus φιλοσοφούμενων auctor cap. 14. quae
Origeni vulgo adscribuntur,*

20. οἱ καλούμενοι δὲ Μάγοι, παρὰ τὰ Πέρσαις καὶ Παρθοῖς κ. τ. λ.) In-
ipice *Is. Casaubonum* ad Laertii προοίμιον, Luciani haud immemo-
rem. Non mirabitur, tam diuersos populos aluisse magos, qui
didicerit, vniuersum orbem antiquum orientis, in Magianismum,
(vt barbare dicam,) & Sabianismum fuisse diuisum, qua de re
agit *Humphrey Prideaux* in *The old & new Testament connected
in the history of the Iewes* parte I, lib. 4. Vtique magorum Aegy-
pti, & quidem longaeuorum, mentio in *Isocratis* Busiride p. 314. &
Phoeniciae, in *Olympiodori* vita *Platonis* pag. 587. & Persidis, Ara-
biae, Aethiopiae atque Aegypti, in *Plinii* hist. nat. XXV. 2. De
Magis ipsis operae facturi sumus pretium si nihil dixerimus. cum
materia sit publica, & a viris doctis dudum occupata; magnus
erit quos numerare labor.

21. 2

IV. Ἡ δὲ 21.) καὶ 19ῃ ὅλα
μακροβιότατα, ὥστε 22.)
Σῆρας μὲν ἰσοῦσι 23.) μί-
χι τριακοσίων ζῆν ἔτων,
24.)

IV. Immo integrae gentes lon-
gissime proferunt aetatem, sicut
Seres, aiunt, ad annum vsque tre-
centesimum vivere; aliis quidem
eius

21. 2. 19ῃ ὅλα) Ita est, possuntque nationibus, quae ad summam
senectutem vixerunt, addi Homeritae, quondam μακροβίοι, dicti
apud Photium cod. LXIV. p. 38. Hyperborei, qui feruntur an-
nōsi, Plinio teste IV. 12. Numidae inter Africanos, Appiani fide in
Punicis p. 64. Arcadum reges, de quibus Censorinus cap. 5. & Ser-
nius ad Aeneid. lib. IIX. Britanni, senium anno CXX. inchoan-
tes, auctore Plutarcho de placitis philos. V. 30. Cynae circa Sar-
ditiā habitantes, narrante Stephano Byzantino in Κύπρῳ, atque
alii adhuc, a Orosio in originibus mundi lib. I. cap. 20. sect. 7. pag.
284. memorati, quibus adiicere liceat Melitenses, utpote octogin-
ta vitae annos plerumque hodie excedentes, uti ex ipsa insula Me-
lita, anno MDXXXIII. in epistola ad Sophum perscripsit Io. Quin-
tinus Haedus pag. 112. nec non Aethiops, de quibus illustris
Ludolfus hist. Aethiop. I. 5. salubritatem vinacitas incolarum sequi-
tur, quam nonnulli usque in annos centum produciunt, vna cum Grae-
corum hodiernis monachis, centesimum aetatis annum plerum-
que attingentibus, quod austeræ ipsorum vitae adscribitur, v. Ale-
xander Helladius de statu eccles. Graecae praesentip. 149. seq. & El-
senis olim inter Iudaeos, quos ob frugalem compositamque vitam
centesimum vltimum annum excessisse scribit Iosephus de bello
Iud. lib. 2. p. 729. edit. Gr. Basil. fuitque illis porus ὡς καμα-
τωῖον, secundum Pylonem Iudaeum de vita contempl. p. 894. quod
mox Noster de Seribus etiam refert.

22. Σῆρας) De quibus dicenda praecipuit Georg. Henr. Vrsinus disserta-
tione miscellaneis paternis adnexa pag. 360. seqq.

23. μίχι τριακοσίων ζῆν ἔτων) Geographus Graecus incertus in anti-
qui orbis descriptione ita de Seribus pag. 4. θήσκοντι δὲ πατρώας
ἐκείνῳ

24.) οἱ μὲν, τῷ αἵρι, οἱ δὲ, τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τῆ μακροῦ γή-
 ρως προστιθέντες· οἱ δὲ, καὶ τῇ
 διαίτη. ὑδροποτὴν γὰρ φασί
 τὸ ἔθνος τὸτο εὐμπαρ· καὶ
 25.) Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάν-
 τα

eius rei causam aeri, aliis inge-
 nio soli, nonnullis etiam generi
 victus adscribentibus: aquam
 enim haec gens vniuersa potare
 dicitur. Porro & Athotas, cen-
 tum

ἐκατὸν δίκαι & ὀκτώ, & ἐκατὸν ἑκοσι ἑτῶν, ad quem locum, quicquid
 adferri potuit, erudita breuitate congeffit /ac. Gothofredus, cuius
 haec est adnotatio: De Scribis μακροβίους Plinius quoque lib. 6.
 cap. 22. in fine, Solinus, Lucianus in μακροβίους p. 632. Immo & cen-
 tum triginta & ultra annos eos vivere refert Strabo lib. 15. pag. 482.
 Etiam ducentos, Ctesias in Indicis apud Photium, Strabo pag. 483.
 immo & trecentos, Lucianus d. loco, ubi & causas eius rei varias
 perstringit.

24. οἱ μὲν, τῷ αἵρι, οἱ δὲ, τῇ γῇ κ. τ. λ.) Ammianus Marcellinus lib.
 XXIII. Agunt ipsi quietius Seres, -- coeli apud eos incunda sa-
 lubrisque temperies, aeris facies munda, leniumque ventorum com-
 modissimus flatus. Quibusdam interpositis: ipsi praeter alios
 frugalissimi -- & ita sunt abstinentes, ut apud se iradentes gignentia,
 nihil ipsi comparent adueltitium. Idem lib. XXVII. de Thraci-
 bus agens, has vitae ipsorum, in longum durantis aeuum, adfert
 causas: Constat autem, inquit, ut vulganere rumores assidui,
 omnes pene agrestes -- salubritate virum & praerogativa quadam
 vitae longius propagandae nos anteire: idque contingere arbitran-
 tur, quod collusione ciborum abstinent calidis, & perenni viridita-
 te roris asperginibus gelidis corpora constringente, aurae purioris dul-
 cedine potantur: radiosque solis suapte natura vitales primi omnium
 sentiunt, nullis adhuc maculis rerum humanarum infectos. Adda-
 tur Hippocratis liber de aere aquis & locis, & Henrici Meibomii epi-
 stola de Longaeuis ad Serenissimum principem Augustum ducem
 Brunsvicensis ac Luneburgensem, edita Helmstadii 1664.

25, καὶ Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάντα & ἐκατὸν ἑτῶν) Plinius VII. 2. eos
 qui

ποτα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βίῳ
 ἰσθῆται 26.) καὶ τῆς Χαλ-
 δαίης ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἐτη βίῳ
 λόγῳ· τῆς μὲν καὶ 27.)
 κριθίνῃ ἄρτῳ. χρημίνης, ὡς
 28.)

tum & triginta annos in vita com-
 morari, fide aliorum constat. Chal-
 daeos etiam, centesimum annum
 excedere, fama accepimus, eosque
 hordeaceo pane vti, tanquam ad
 per-

qui in Arho monte habitant, centenis quadragenis vivere, testis
 est. Mirum, si Noster heic in mendo non iacer, ac pro Ἀθῶτας,
 quod omnes habent editiones, legendum Ἀθῶας. Ita enim *Ste-*
phannus Byzantinus in Ἀθῶας. τὸ τοπικὸν Ἀθῶας, χαρὶς τῷ Ι, καὶ Ἀ-
 θῶας τὴς ἐνοικῶντας. Ac homines quidem in monte illo habitan-
 tes diutius quam alios vixisse, discimus ex *Aelianis* var. hist. IX. 10.
 ubi *Schefferus* in consilium vocandus cum *Kuhnio*. Hi ergo in-
 telligendi sunt, si Plinium audimus, non qui oppidum eiusdem
 nominis, in ipso monte situm, incolant, cuius oppidani, eodem
Stephano monente, Ἀθῶιται nominantur, qui si hoc loco denota-
 rentur, tamen non Ἀθῶτας, sed Ἀθῶιτας, vel Ἀθῶρας, si hoc oc-
 curreret, scribendum foret, quandoquidem & oppidi istius homi-
 num dimidio longiorum quam in aliis terris aetatem ponit *Mela*
 II. 2.

26. καὶ τῆς Χαλδαίης) Animaduertere, quam accurate magos a Chal-
 daeis seiungat Noster, quod & *Serabo lib. XVI. p. 723.* & *Curtius*
V. 1. fecerunt; illi enim sacris operabantur, *aruspicum fratres* id-
 eo ab *Arnobio lib. IV. adu. Gentes p. 134.* dicti, hi Astrologiae va-
 cabant; quo de discrimine euoluendus *Thomas Gale* ad Iamblich.
 de mysteriis pag. 287. & *Cl. Clericus* indice ad Stanleii histor. phi-
 los. orient. voce *Magus*.

27. κριθίνῃ ἄρτῳ) Antiquissimum in cibus hordeum, sicut Athenien-
 sium ritum *Menandro* auctore apparet, & gladiatorum cognomine,
 qui hordearii vocabantur, verba sunt *Plinii H. N. XVIII. 7.*
 pag. 325.

28.) ἰζυδορκίας τὸ το φάρμα-
κον, οἷς γὰρ φασὶ διὰ τὴν τοιαύ-
την διαίταν, καὶ τὰς αἰτίας αἰ-
δήσεως ὑπὲρ τὴν ἄλλαν αἰνθρο-
πὺς ἰσχυρότερος εἶναι.

V. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ
τὰ τῶν μακροβίων γένων, &
τῶν ἰθιῶν, ἅτινα φασὶν αἰ-
ετῶν πλείονα διαγιγνέσθαι χρό-
νοι· οἱ μὲν, διὰ τὴν γῆν, καὶ
τὸν αἴρα· οἱ δὲ, διὰ τὴν διαί-
ταν· οἱ δὲ, καὶ δι' αἰμφοῦ ἔγω-
γ' ἂν σοι διαβίῃς τὴν ἐλπίδα
βαδίας παραίχοιμι, ἰσχυρῶς,
ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν,
καὶ κατὰ πάντα αἶρα, μα-
κρόβιοι γογύνασιν ἄνδρες, οἱ
γυμνασίῳ τοῖς καθήκουσι, καὶ
διαίτῃ τῇ ἐπιτηδεύουσιν πρὸς
ὑγίαν χρόνιοι.

perspicacitatem medicamine, qui-
bus aiunt, propter hanc ipsam vi-
ctus consuetudinem, alios quoque
sensus, supra reliquorum homi-
num sortem vigere.

V. Verum haec de hominum
generibus & nationibus longaevis,
quas plurimum aetatis exigere fe-
runt, alii quidem propter situm
terrae & coeli benignitatem, alii
ob victus rationem, nonnulli pro-
pter vtrumque. Ego autem melio-
rem spem tibi facile praebuero,
si ostendero, quavis in terra & sub
quolibet coelo, longam vitam iis
obtingere, qui accommodatis ad
naturam exercitiis & aptissima vi-
ctus ratione vtentes, seruiunt sa-
nitati.

VI.

VI.

28. ἰζυδορκίας τὸ το φάρμακον) Paullo ante nobis laudatus vir
insignis, lo. Clericus, art. Crit. pars. 2. sect. 1. cap. 12. §. 9. ambi-
guam hanc esse pronuntiat constructionem, eo quod bina con-
nectantur substantia, quorum alterum ponatur in gignendi ca-
su, ac proinde intelligendum *medicamentum quo perspicaciores*
fiant, non quo dematur perspicacia. Dubium videri posse sen-
sum, non diffiteor, non tam ex ea ratione quam vir doctus pro-
ponit, quam ideo in primis, quod φάρμακον est ex illorum vocabulo-
rum ordine, quae μέν nuncupant Graeci, & in vtrumque capiunt-

188

VI. 29.) Διαίρεσιν δὲ τῷ λόγῳ
ποιήσομαι τὴν πρώτην, κατὰ γὰρ
τὰ ἐπιτηδύμια τῶν ἀνδρῶν
& πρώτων γένοιτο 30.) τὴς βασι-
λικῆς καὶ στρατηγικῆς ἀνδρείας
150-

VI. Diuidam autem hanc nar-
rationem potissimum iuxta homi-
num studia, & primo loco regia
imperatoriaque perfunctos digni-
tate

tur significatum, id quod de vocabulo nostro commonstratum
dedit laudem supergressus omnem I. C. Dietericus in iatreo Hip-
pocr. p. 1325. seqq. Praeterea, dum de μακροβίῳ vnice hic ser-
mo est per integrum libellum, nemo adeo coecus est, quin per-
spiciat, ἰξυδορκίᾳς φάρμακον nil aliud designare, quam medicamen
quod perspicaciores reddit, cum alioquin repugnarent sequentia,
de ceteris Chaldaeorum αἰσθήσεων ἐρρωμέναις. Ad hanc mentem
Diodorus Siculus ἀθανάτιας φάρμακον nominauit lib.1. cap.25.

29. Διαίρεσιν δὲ τῷ λόγῳ ποιήσομαι τὴν πρώτην) Ad posteriora verba
haec notauit Aemilius in MS. τὴν πρώτην absolute aduerbialiter
ψευδίζων, pro a principio, κατ' ἀρχὴν. Steph. Lucianus etiam alibi.
Commodius reddas per praecipue, potissimum; nam si, vt vulgo
etiam fit, conuertas primo, idem sonabit cum eo quod sequitur
καὶ πρώτων γὰρ &c. Dicitur vero τὴν πρώτην ad eundem modum,
quo τὴν ταχίστην, τὴν ἀρχὴν, alia. Firmat expositionem res ipsa:
ait Lucianus, se tractatum de longaeuis distributurum τὴν πρώτην,
ἢν πρώτοις secundum diuersa hominum studia; quod reapse prae-
stat, dum πρώτων γὰρ, primis quidem in acie ponit reges & regios
viros, dein vero philosophos, mox historicos, tum rhetoras, deni-
que poetas; paucis: βασιλικῆς καὶ πεπαιδευμένους, vt in fine libelli
ipse loquitur.

30. τὴς βασιλικῆς) Quo nomine Noster eos potissimum designat
in hac narratione, qui aut regio sanguine orti, aut regiam di-
gnitatem adepti fuerunt. Sic in tract. de Saltatione pag. 808. τῶν
γὰρ ἐν τῷ Πόντῳ βαρβαρῶν, βασιλικῆς τις ἀνδρῶν. Vide de hac

ἡμεῖς , 31.) ὅν τινα , tate commemorabo , e quibus
 καὶ vnum

aliisque huius vocis notionibus Gl. *Raphelium* ex Polybio ad Ioan. IV. 46. & eum, qui sub *Theophili Amelii* nomine latet in vernaculis adnotationibus ad loca quaedam N. T. pag. 16. Quomodo βασιλικὸς differat a πολιτικῷ & τυραννικῷ, inuenies apud *Perizonium* ad Aeliani II. 20. p. 100. ff.

